The Electronic Manipulus florum
www.manipulusflorum.com

Christus ak
cum fonte primo

Refugium fugit, fortitudo formidat.	Si rerum refugium fugit, auxilium latescit omnium, si formidat fortitudo unctorum, si se uniuersorum defensio non defensat, quare humana notatur fuga, arguitur trepidatio, formido culpatur? Petrus Chrysologus, *Collectio sermonum*, 150, 4 (CCSL 24B, A. Olivar ed., p.933, ll.26-29).
Quid sibi uult euangelista? Deuoti militis est regis sui tacere fugam, narrare constanciam, aperire forcia, tacere infirma.	Quid sibi uult ergo euangelista, quod haec scribit a d memoriam sempiternam? Deuoti militis est regis sui tacere fugam, referre constantiam, uirtutes loqui, timores silere, aperire fortia, infirma reticere, aduersa delere, praedicare uictorias, quo et hostium frangere ausus possit, et sociorum excitare uirtutem. Petrus Chrysologus, *Collectio sermonum*, 150, 5 (CCSL 24B, A. Olivar ed., p.934, ll.38-42).
Et sequitur quod fugit autem Christus, non fuit timoris sed misterii.	[fons nondum inuentus]
Bellicosus enim si in bello fugit, artis est non timoris; insequentem non timet, sed producit	Bellicosus quod in bello fugit, artis est, non timoris. Deus quando fugit hominem, sacramenti est, non pauoris. Potens quando se subducit infirmo, insequentem non pauet, sed foris producit. Petrus Chrysologus, *Collectio sermonum*, 150, 6 (CCSL 24B, A. Olivar ed., p.935, ll.51-54).
ut palam uincat. Petrus Rauennas tractans illud Matthei II.: Fuge in Egyptum.	[fons nondum inuentus]